

1313, August 15.**168.**

Arnold, Abt zu Berge, übereignet dem Convent 2 Morgen Land in Billingsdorf und eben so viel bei dem Krankenhause bei Magdeburg, von welchen jährlich $\frac{1}{2}$ Wispel Weizen entrichtet werden, zur Besoldung eines Messpriesters.

Nos Arnoldus dei gratia abbas monasterii sancti Iohannis baptiste prope Magdeburg recognoscimus presentibus lucide protestando, quod nos ecclesie nostre comparavimus quatuor iugera, quorum duo iacent in villa Billingestorp, duo prope curiam infirmorum iuxta civitatem Magdeburgensem, solventes singulis annis dimidium chorum tritici. Que quatuor iugera cum omni iure et proprietate fructu seu proventu accedente ad hoc tocius nostri capituli voluntate libera et consensu nostro conventui tradimus et donamus, sane statuentes et ordinantes nichilominus de nostri capituli unanimi consensu et voluntate, ut obedienciarius nostri monasterii dimidium chorum tritici de predictis quatuor iugeribus uni sacerdoti de nostro collegio, cui abbas quicunque fuerit pro tempore assignaverit, dandum annis singulis representet, qui sacerdos singulis ebdomadibus praeter missas, quas divine inspirationis instinctu celebrare intendit, duas missas, unam in honore p[ro]i ac beatissimi patris nostri Benedicti, aliam pro defunctis fratribus nostre congregationis ad altare eiusdem patris nostri beati Benedicti consecratum ex debito celebrabit. Ut autem hec ordinacio a nobis salubriter instituta perpetuis deinceps temporibus inviolabiliter observetur, presens scriptum nostro et nostri conventus sigillis firmiter roborari.

Datum anno domini MCCCXIII in die assumptionis beate virginis.

*Original im Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. Kloster-Bergische Stiftung 45.
Abschrift im Privilegienbuche S. 78 mit der Ueberschrift: Billingstorp de dimidio
choro tritici in cap. G VIII.*

1313, August 15.**169.**

Arnold, Abt zu Berge, beurkundet eine Schenkung von 2 Hufen und 3 Höfen zu Stemmern, welche jährlich 23 Schilling 6 Pfennig und 4 Rauchhühner zinsen, seitens des ehemaligen Präbendaten des klösterlichen Hospitalhofes Hermann an das Kloster, und bestimmt die Erträge der Grundstücke theils zum Besten des genannten Hospitalhofes, theils der Capelle des h. Laurentius, theils zur Gedächtnissfeier des Geschenkgebers.

Arnoldus dei gratia abbas monasterii sancti Iohannis baptiste prope Magdeburg litteris presentibus recognoscimus lucide protestando, quod quidam fidelis videlicet Hermannus scolaris curie hospitalis monasterii nostri quondam prebendatus spiritu dei ductus res, quas propria industria seu providentia in eadem curia laudabiliter et honeste vivendo